



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies  
quadraginta**

**Flavin, Melchior de**

**Parisiis, 1566**

Bella ecclesiae post aditionem Christi in coelum primùm a Synagoga.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29986**

Heb. 13. mihi, ne commouemur. Vnde, Hebr. 13.  
 Non te deseram, neque derelinquam:  
 Act. 18. quæadmodū pollicebatur Paulo, Act. 18.  
 Noli timere, propterea quòd ego tecum  
 sum. Item, in tribulationibus dat nouas  
 1. Cor. 10. vires, 1. Corint. 10. vult alioqui fidem pro-  
 missionis suæ de exauditione exerceri  
 Iaco. 1. per orationem, Iacob. 1. & Mar. 11. Qua-  
 Mar. 11. ramus igitur primū remissionem cul-  
 Matt. 6. pæ, & gratiam. Matth. 6. Demum miti-  
 gationem pænæ. Istud enim est sacrifi-  
 Matt. 6. & 26. cium Deo acceptissimum, vt offeramus  
 26. illi voluntatem nostram. Matt. 6. Fiat vo-  
 Iob 2. luntas tua. & 26. Non mea voluntas sed  
 Psal. 43. tua fiat, exemplo, Iob 2. hæc omnia (in-  
 quit Psal. 43.) venerūt super nos, nec obli-  
 Psal. 37. ti sumus tui, &c. hoc est sacrificium acce-  
 ptabile pro amouēdis malis. Interim obe-  
 diamus Deo, Psal. 37. Subditus esto Deo,  
 & ora eum, & cum silentio expectes sa-  
 lutare Dei.

CAP. 22. *Bella ecclesiæ post aditionem Christi  
 in cælum primum à Synagoga.*

**E**cclésiæ veteris bella fuerūt quidem  
 graua, sed longè grauiora nouæ ec-  
 clésiæ, quam fundauit Dominus ex duo-

bus populis. Ioan. 10. 11. & Eph. 2. De qui-  
 bus tota, Apoc. Vnde dicit cap. 12. v̄x ter-  
 ræ & mari, quia descendit diabolus ad  
 vos, habens iram magnam, sciens quo-  
 niam modicum tempus habet, & Domi-  
 nus, Luc. 22. Satan̄as expetiuit vos vt cri-  
 braret sicut triticū, de quo bello. 1. Petr. 5.  
 & Ephe. 6. cuius immanitas patuit in Iu-  
 da, & Apostolis: bellum equidem militū  
 Christi, qui dederunt ei nomen, & acce-  
 perunt donatium, est sicut militum Ge-  
 dæonis. Iudic. 7. & Esa. 9. aduersus Ma-  
 dian, in quo trecenti sunt præliati contra  
 centum viginti milia, & vicerunt tubis  
 prædicationis lagenis confractis, id est  
 corporibus per mortem, lampadibus ac-  
 censis, miraculorum quibus confirmarūt  
 fidem, & ostenderunt mūdum spernen-  
 dum. Nulli enim ex gentibus sic strenuē  
 & læti mortui sunt pro sua religione, ne-  
 que Iudæi à morte Christi, neq; Macho.  
 Neque eius discipuli, Haly, Homar, Hu-  
 bachar, Zeid, Abdalla, Motalif, Afferus,  
 Heleanferus, Napheas, sed vi gladij coe-  
 gerunt ad suam fidem. In his præliis du-  
 rissimis & plusquam Achademicis. Habe-  
 mus Christum præsentem, bellatorem,

Ioan. 10. 11.

Ephes. 2.

Apoc. 12.

Luc. 22.

1. Petr. 5.

Ephes. 6.

Iudic. 7.

Esa. 9.

*Hier. 20.* fortissimum, Hierem. 20. qui non so-  
*Luc. 24.* lum voluit nos armare suo spiritu, Luc.  
 24. & suis armis: quinimo dedit angelos  
*Psal. 33.* suam cœlestem militiam. Psal. 33. castra-  
 metatur angelus in circuitu timentium  
*Psal. 90.* eum, & eripiet eos. Psal. 90. & Hebr. 1. vi-  
*Hebr. 1.* de in Apoc. & Act. 4. 5. 7. & 12. Vnde bel-  
*Act. 4. 5. 7.* lum ecclesiæ dicitur angelorum ex Au-  
*12.* gust. Apoc. 12. ad adiiciendum nobis ani-  
*Apoc. 12.* mum habemus & orationes vtriusque ec-  
 clesiæ. Si enim tantum potuit suis oratio-  
 nibus ad victoriam Moyse, Iosue, Da-  
 uid, quid putas poterit oratio Christi in-  
*Rom. 8.* terpellantis assiduè pro nobis? Roman. 8.  
*Heb. 5. 7. 9.* Hebr. 5. 7. 9. quid orationes totius eccle-  
 siæ militantis non poterunt & triumphã-  
 tis? Sed exponamus de bellis ecclesiæ,  
 postquam Christus receptus est in cœlũ,  
 quandiu ille fuit in terris omne belli pon-  
 dus in eum resiliuit, vt 3. Reg. 22. quo ab-  
 eunte victore, super exercitum suum ce-  
 cidit, id est ecclesiam. Matth. 10. Ego vos  
*Matth. 10.* mitto. Vide Matth. 24. Luc. 21. Ioan. 15. 16.  
*Matth. 24.* & Apocal. 12. venit facere bellum. Ali-  
*Luc. 21.* quando diabolus agit draconem, aliquã-  
*Ioan. 15. 16.* do leonem. primum bellum Apostolorũ  
*Apoc. 12.* & ecclesiæ accepit suum initiũ à Iudæis,

à quibus Christus etiam passus est. *Matth. 17. 27.*  
*17. & 27. Heb. 10. & 1. Theff. 2.* Inimici si- *Hebr. 10.*  
 quidē hominis domestici eius. *Mich. 7.* *1. Theff. 2.*  
*Mich. 7.*  
 unde *Zach. 12.* plagatus sum in domo eo- *Zach. 12.*  
 rum qui me diligebant. Post Christum  
 persecuti sunt eius Apostolos, vt patet in  
 actis. Vnde *Matth. 23.* Ecce ego mitto ad *Matth. 23.*  
 vos prophetas, & ex eis occidetes, &c.  
 Tandem videntes se non posse resistere  
 Apostolis, & spiritui sancto qui loqueba-  
 tur per eos. *Matth. 10. Luc. 21. Act. 6.* Item *Matth. 10.*  
 miracula eorum etiā maiora quam Chri- *Luc. 21.*  
 sti. *Ioann. 14.* & audientes eos profunda *Act. 6.*  
*Ioann. 14.*  
 scripturarum eructates, cum essent idio-  
 tæ sine literis. *Act. 4.* conati sunt astu de- *Act. 4.*  
 moliri fidem, & ecclesiam Christi. nam  
 plurimi eorum fictē susceperunt bap-  
 tismum, qui interim prædicabant Christū  
 nō esse Deum, vt Hæbion, & Charintus:  
 contra quos scripsit Ioannes, vocans eos  
 antichristos. dicebant etiam legalia ob-  
 seruanda cum euangelio. Actuum 15.  
 transferentes gloriam Christi, per quem  
 solum est gratia, iustificatio, reconcilia-  
 tio, & gloria ad legem: cum observatio  
 legis & fiducia sit plena negatio Chri-  
 sti. Illi pseudoapostoli fecerunt maximū

DE REGNO

negocium Apostolis, cōtra quos Act. 15.  
 Item Paul in epist. Rom. Gal. Phil. Colof.  
 & 2. Corint. 11. Habuit siquidem ecclesia  
 pseudoapostolos, quemadmodum & ve-  
 tus Synagoga pseudopphetas. 2. Pet. 2.  
 tandem vicerunt Apostoli, de quorum  
 victoria Hylarius 1. Trinit. sequitur demū  
 ira Dei super Iudæos primo fames. Act.  
 11. Derelinquūtur ab Apostolis. Matt. 23.  
 & Act. 13. Postremum sequitur exitium  
 regni sacerdotij templi & totius Reipub.  
 Iudæorum secundum vaticinium Dan.  
 9. & Ioan. Baptistæ Matth. 3. Iam securis  
 ad radicem arboris posita est & Christi  
 Matth. 23. & 24. & Luc. 19. Quod quidem  
 exitium intercessit anno natiuitatis Chri-  
 sti 72. & passionis 40. à condito templo  
 526. à creatione mundi 4035. Vnde amis-  
 so regno, ciuitate, sacerdotio, & templo,  
 non potuerunt seruare neque cæremoni-  
 alia, neque iudicialia. Nam illa requi-  
 rebant templum, & ista sceptrum quod  
 ablatum est. Gen. 49. & perseuerabit de-  
 solatio vsque in finē. Dan. 9. Oze. 3. Tunc  
 patet vindicta sanguinis Christi, quam  
 sibi accersierunt Iudæi acclamantes, san-  
 guis eius super nos, & super filios nostros.

2. Pet. 2.

Act. 11.  
Matt. 23.

Act. 13.

Dan. 9.  
Matt. 3.

Matt. 23. &  
24.  
Luc. 19.

Gen. 49.  
Dan. 9.  
Oze. 3.

Vnde occiso capite, visi sunt occidisse totum corpus mysticum. Iccirco dicit Christus, Matth. 23. vt veniat super vos omnis sanguis iustus. Olim siquidem diabolus in inuidiam Christi ex Iudæis nascituri armavit contra Synagogam plurimos reges Ægypti, Babylonis, Assyriæ, aliósque finitimos. Item quatuor monarchias, at nō præualuerunt. Psal. 46. Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum sed conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos, contriti sunt sicut Naues Tharsis, id est, maris Hæbraicè conteruntur à vehemēti vento, vt perspicuū est ex lib. Iud. reg. Paral. &c. donec negarunt Christum Messiam. eorum tunc desierunt esse populus Dei Dan. 9. Non erit eius populus: qui eum negaturus est. Tunc exautorati sunt, & facti extra protectionem Dei. Matth. 23. Ecce relinquetur, & excæcati: quorum excidium præcesserunt plurima signa iræ Dei ex Iosepho Egesippo Euseb. & lib. Sanedrin aliisque lib. Iudæorum ferme familiaris, quæ præcedent exitium vniuersi orbis.

Matth. 24. & Luc. 21.

Matth. 24.  
Luc. 21.